S. Ignoscas rogo, humanissime D. Ambrosi, quod serius Calvinum tuum re-
mittam, quam pollicitus fuerim. nec n. erat, cui tuto tum committere possem.
Satis salva sunt nostra omnia, quam quod in antiqua tenuitate perseveramus. Eram
ante paucos dies vocatus ad ministerium Ecclesiae Aremotanae. nam is
in meum locum substitutus erat. non aliam ob causam, quam quod pastoribus urbis
iam dudum videbatur commodum, ut mutarer. & is longo iam tempore non
cessavit inservire, et per intercessores mutationem petere. Sed audita hac, &
acceptis idcirco literis a Magistratu nostro, e vestigio contulit se Bernam,
& hanc vocationem irritam reddidit. expectabat nimirum ampliorem &
splendidiorem conditionem multo quam haec nostra sit. Sed Dominus providebit suo
tempore ut & nos rectius habeamus. Tu interim Vale in Christo JESU
cum uxore & familia. Ego me tibi & tuis commendo precibus.
Bürenae 1555. 6. nonis Maij.

Tui amantiss. Christophorus Piperinus.

Amplissimo Viro Magistro
Ambrosio Blaurero fratri
suo in Christo observandissimo.